f Populus vero me⁹.i.populus iſrael a me ſpecialiter elect⁹. g Mutauit gloriã ſuã.i.deũ ſuũ in quo debebat gloꝛiari h In idolum. ſicut ptꝫ Exo.xxxij. vbi tanq̃ꝫ deũ coluit idolũ vituli. ꝑpter qd' dicit̃ Ps.cv. Mutauerũt gloꝛiã ſuam ĩſimilitudinem vituli ꝛc̃. Poſtea vero multis idolis ꝛ varijs ſeruierunt. vt ptꝫ ĩ libꝛis Iudicũ Regũ ꝛ Paral̃. ꝛ q2 iſtud erat valde inhonoꝛabile. id' ſubditur: i Obſtupeſcite celi.i. angeli ſuperioꝛes. ꝛ poꝛte celi.i. ãgeli ĩferioꝛes. Sciendũ tñ ꝙ in hebꝛeo ſic habet̃: Obſtupeſcite celi ſuꝑ hoc ꝛ turbetis ac diſſipetis: ꝛ ſm hebꝛeos loquit̃ de celo aereo: qd' dicit̃ hic celi ĩ plurali ꝑpter diuerſas ei⁹ partes: vel accipiẽdo plurale ꝓ ſingulari: ſicut Exo.xxxij. dicit̃: Iſti ſunt dij tui iſrael. ꝛ tamen erat ibi tñ vnicũ idoluꝫ. Dicit̃ aũt celũ aereũ metaphoꝛice obſtupeſcere quãdo notabiliter ĩmutat̃: ſicut homo ſtupidus in facie mutat̃ ꝛ in modo ſe habendi: in tempeſtate ꝛ diſſipatione quãdo fiũt ibi tonitrua ꝓcelle ꝛ fulgura que ſunt ire diuine ſigna. ꝛ per hoc vt dicit Ra. Sa. intelligit̃ deſtructio ciuitatis ꝛ templi futura ꝑ nabuchodonoſoꝛ q̃ fuit magna tẽpeſtas iudeis: ſicut ĩ cõmuni mõ loquendo dicit̃ aliqua gens vel ciuitas tempeſtari quãdo magnum infoꝛtuniũ accidit ei. ꝛ huius tempeſtatis ſubdit̃ cauſa cũ dicit̃: k Duo enĩ mala fecit populus meus. ꝛ que ſint illa ſubdit̃: l Me dereliquerũt fontem aque viue. ſic nomniatur deus: eo ꝙ eſt vita per eſſentiã dans omnibus alijs vitã ꝛ inſpirationẽ. m Et foderunt ſibi. id eſt cũ diligẽtia et laboꝛe queſierũt.
n Ciſternas diſſipatas ꝛc̃.i. idola nullã vite virtutẽ in ſe nec in alijs habẽtia.
o Nunquid. Hic oſtendit̃ malicia populi ex flagelloꝝ multiplicatione cũ dicit̃: Nunquid ſeruus.ſ. empticius ẽ iſrl' aut vernaculus.i. ſeruus natus ĩ domo vt ſic debeat flagellari: quaſi diceret: nõ eſt iſta cauſa. ꝛ ideo inquirit̃ de ea cũ dicit̃: p Quare ergo factus eſt in p̃dã? alijs gentibus. q Sup eũ rugierunt leones.i. aſſyrioꝝ et egyptioꝝ reges crudeliter ipſum inuadentes. ideo ſubdit̃: r Poſuerũt terrã eius ꝛc̃. ꝛ patet littera vſq ibi: s Filij quoq mẽpheos ꝛ thaneos.i. egyptij ſic nominati q2 mẽphis ꝛ thanis erãt ciuitates notabiles in egypto. t Cõſtupꝛauerũt te. id eſt diſſipauerũt te. In hebꝛeo habet̃. Cõfregerũt te vſq ad verticẽ. iſtud fuit impletũ qñ egyptij interfecerũt Ioſiã regẽ q̃ erat caput in iuda: ꝛ ſubdit̃ dictoꝝ maloꝝ vera cã cum dicitur:
† I.46.c
v Nunq̃d nõ iſtud factũ ẽ tibi: quaſi diceret ſic.
x Quia dereliquiſti dñm ꝑ idolatriam. y Eo tpe.i. ab illo tpe: ꝫ Quo ducebat te ꝑ viã.ſ.ꝑ colũnã ignis et nubis p̃cedẽdo: vt habet̃ Exo.xiij. Et hoc fuit qñ populus fecit ſibi vitulũ conflatilem ꝛ adoꝛauit vt deũ: Exo.xxxij. ꝛ poſtea tempoꝛe Iudicum quando nõ habebant regẽ niſi deũ. vt habet̃.j. Reg.
a Et nũc quid tibi vis ꝛc̃. aquã turbidã.i. nili: vt habet̃ in hebꝛeo: qui Nilus diuiditur ꝑ multos riuos ad irrigandum terram egypti: et ſic ex commixtione terre fit eius aqua turbida: et per bibitioneꝫ illius aque intelligit̃ petitio ſubſidij ab illa gẽte.
r Et quid

ꝗ bidam. Moraliter. Qui fontem aque viue christum re/
liquerūt: ⁊ hereticoꝝ lacus sibi foderunt. qui doctrina
rū aquas cōtinere nō possunt: necesse est vt leonibꝰ sub/
ijciantur qui redigant eoꝝ terrā in solitudinē: ⁊ vniuer
sas ecclesias destruant vsq; ad verticem polluant: et bi/
bāt aquas turbidas: ⁊ assyrij flu
J.1.c minis ⁊ aquilonis: vnde exardes
cunt mala sup terrā. a Argu/
Nu.11.g et te ma.t.⁊c. Hiero. Nota ꝙ ma/
licia ⁊ p̄uaricatio postq; p̄uaricā
tē satiauerunt: ⁊ instar cōturnicū
vsq; ad nauseā deuenerūt: erudi/
ant agentē penitentiā cui impera
tur vt videat quid reliquerit et
quid secutus sit: quomodo sper/
nens bona ⁊ dulcia mala elegerit
et amara: hoc aūt totuȝ factū est
quia dereliquit dn̄m deū suū.
b A seculo cōfregisti. Hierony.
Potest hoc ad eū dici: q̇ ab ini/
tio christianꝰ et sacris lr̄is ex par
te deditus: postea desiderio secu/
laris litterature que significat̄ in
collibus et amene eloquentie q̄
in frondosis arboribus monstra/
tur: ꝓsternit se demonibus q̇ sub
occasione eruditiōis ⁊ sublimis
scientie polluūt animas credētiū
vt faciunt diuaricare pedes suos
omni trāseūti. c Vineā electā.
In hebreo soreth quod genus est
vitis optime: de cuius surculo
plantauit israel: ⁊ mirat̄ quomo/
do semen verū et electa vinea in
amaritudineȝ versa facta sit alie/
na. d Quō ḡ cōuersa ⁊c. Nul
lus securus sit: si et plantatio dn̄i
et semen verū: ⁊ vinea soreth in
E tm̄ vitio suo cōmutat̄: vt per ama
ritudinē a deo recedat ⁊ fiat vi/
Job.15.a tis aliena. At notanda creatoris
clementia qui est vitis vera. Ipse
enī discipulis suis ⁊ credenti ī se
populo dedit vt sint vitis vera:
vitis electa: si ꝑmāserint in eo qꝺ
plantata est. e Borith. Ipm
hebreū. Lxx. vero herbā fullonū
que in palestina in humidis ⁊ vi/
rentibus nascit̄: ⁊ ad lauandas
sordes eandem vim habet quā ⁊
Allego. nitrū. Hiero. Allego. Nitrum
nostrū et herba fullonis peniten/
tia est. Ecclesiasticus quoq; ser/
mo qui arguit ⁊ increpat et corri/
git delinquentē mordatioris ni/
tri habet similitudinē. Qui vero
leui peccatoꝝ sorde maculatꝰ est:
lenioribus purgat̄. Porro gra/
uia peccata que ad mortē trahūt
nec nitro nec herba borith dilui
possunt: sed grauioribꝰ tormētis ī
diget. Uniuscuiusq; opus quale
sit ignis ꝓbabit. f Quō dicis
⁊c. Iuxta tropologiā: impuden/
tiā frontis eoꝝ arguit qui nolūt
vitia sua cōfiteri: operibꝰ ip̄is pa/
Mat.7.b tet: q2 nō ambulāt in arta ⁊ angu
sta via q̄ ducit ad vitā: sed in la/
ta et spaciosa quā ingrediunt̄ plurimi q̄ ducit ad mortē:
que signanter poliandrion nominata est. Vel iuxta hi/
storiā quia idolatrie malo ibi perdita est: ⁊ īterfecta po/
puli multitudo. g Vide vi.t.i. respice cōuallem filio/
rū ennon que syloe fontibus irrigat̄. ibi cernes delubrū
baal quē relicto deo coluisti. h Prohibe pedē tuū
Exo.12.b ⁊c. Pasca facturi calciamenta iubentur habere in pedi
Eph.6.c bus. Et apostolus p̄dicat pedes eoꝝ calciatos qui ad
euangelium p̄parantur. Ne dum ꝑ seculi huius solitu/
dinē ingrediuntur venenatis pateant animantibus q̄
ꝗ deberent

a ſ hebraice syor: cōmunis editio habet geon.
ſ Nilū. s. cuius aqua turbida.
aquam turbidā? Et quid tibi cū a
a ſ euphratis. s. q̇ est assyrioꝝ flumen.
via assyrioꝝ vt bibas aquā flū/
a ſ alij erudiet te p̄uaricatio tua.
a minis? Arguet te malicia tua et b
aduersio tua icrepabit te. Scito c
⁊ vide q2 malū ⁊ amaꝝ est reliq̇s/ d e
a ſ qui principium sapientie.
se te dn̄m deū tuū: ⁊ nō esse timo f
rē eius apud te: dicit dominꝰ de/
a ſ qui timēdus. b ſ quasi ad meretricē loquit̄.
b us exercituū. A seculo cōfregisti g h
a ſ coniugij. b ſ vel tua.
iugum meū: rupisti vinculā meā i
a ſ domino vel marito k
⁊ dixisti. Non seruiām. †In omni l m
a ſ amena ⁊ excelsa semꝑ idolis dedicant̄.
enim cōlle sublimi ⁊ sub omni li/
a ſ idolatrie. ſ quasi.
gno frōdoso tu ꝓsternāberis me/
c retrix. †Ego aūt plātaui te vineā n
d electā: omne semen veruȝ. Quō o
a ſ Lxx. in amaritudine vitis aliene.
ergo cōuersa es mihi in prāuum
vinea aliena? Si laueris te nitro p†
e ⁊ multiplicaueris tibi herbā bo/ q
a ſ q̄uis mūda in cōspectu hoīm.
rith: māculata es iniq̇tate tua co
a ſ q̇ noui cogitatiōes hoīm. vn̄: Nō iustificabit̄
ī cōspectu tuo oīs vi. b ſ q̄si mūdiciā iactas: fru
f rām me dicit dn̄s deus. Quōmō r†
stra īmūdiciā negas: q̄ idolatrie sorde polluta es.
dicis nō sū polluta: post baalim
g nō ambulaui? Vide vias tuas ī s† †
a ſ Lxx. poliādrion qꝺ ē sepulchꝛū multitudinis
b ſ scito q̇d feceris: clausos oculos aperit negātī:
vt videat qꝺ aspicere erubescit. ſ caprea.
cōuālle: scitō quid feceris. Cur/ t
a ſ vt expedite ferat̄ ad pabula. b ſ q2 sicut ad
meretricē loquebat̄ describit fornicationē eiꝰ.
sor leuis ēxplicās viās suas: ona v
a ſ sic isrl̄ toto ip̄etu ac desiderio libidinis: fert̄ ⁊
omni idoloꝝ amore feruet.
ger assuetus ī solitudine: in dēsi/ x
derio aīe sue attraxit ventū amo
a ſ salutaribus monitis. b ſ obstinatā.
ris sui. Nullūs auertet eāȝ. Oēs y
qui querūt eam non deficient: in z
ſ sordibus.
h mēstruis eiꝰ inuenient eā. Prohi a

a Et quid tibi ⁊c. fluminis. s. euphratꝰ ꝑ terrā illā currētis. Ter/
ra enī isrl̄ erat sita inter syriā ⁊ egyptū: q2 ab aquilone habet syriā:
a meredie egyptū: ⁊ qn̄ infestabant̄ filij isrl̄ ab vna parte querebāt
auxiliū ab altera: ⁊ nihil eis valebat. iō subdit̄: b Arguet te ma
licia tua. desperātes eī de diuino auxilio recurrebāt ad humanā. ⁊
iō iusto dei iudicio deficiebāt cadentes in
manibꝰ aduersarioꝝ. iō subdit̄: c Sci/
to ⁊ vide. pena intellectū dante.
d Quia malū. ex priuatione boni prius
habiti. e Et amarū. ex incursione ma/
li prius inexpti. f Reliquisse te dn̄m. ꝑ
idolatrie cultū. g A seculo. i. a pricipio
legis date: h Cōfregisti iugū meū. fa
ciendo et adorādo conflatilē vitulū: Exo.
xxxij. i Rupisti vincula mea. i. p̄cepta.
k Et dixisti. facto. l Nō seruiā. q2 ser
uisti idolis. ⁊ nemo pōt duobꝰ dn̄is serui/
re: Matth. vj. m In oī enī colle ⁊c. in
collibꝰ enī colebāt idola ꝑpter eminētiā
loci ⁊ amenitatē ibidē in veneratiōe idolo
rū: exercētes in cōdēsis luxuriā in venera
tionē veneris et priapi. n Ego autem
plātaui te vineā electā. in sanctis patribꝰ
primis abraā isaac et iacob. o Quō er/
go cōuersa es ⁊c. quasi diceret ex malicia
tua. p Si laueris te. Hic cōsequēter re
mouet̄ falsa fiducia in duobꝰ q̄ excludunt̄
secūdū. ibi: Quid niteris. Prima in du/
as. q2 primo fit ista remotio. scđo pene cō/
minatio. ibi: Prohibe. Primū in quo cō/
fidebāt erāt sacrificia q̄ in templo offere/
bant̄ ꝓ peccatorum expiatione: q̄ tamē nō
valebant absq; debita penitentia. iō sub/
ditur: Si laueris te nitro. species est terre
qua vtunt̄ purgatores vestiū. ⁊ dicit̄ a ni/
teo nites: q2 facit vestes nitidas.
q Et multiplicaueris tibi herbā borith:
que similiter habet vim purgatiuā. In he
breo nō habet̄ herbā: sed tm̄ borith: quod
ꝰm hebreos significat saponeȝ qui habet
vim purgatiuā. ⁊ ꝑ ista intelligit̄ multipli
catio sacrificioꝝ veteris legis ad expian/
dū peccata: que nō valent ad hoc sine de/
bita penitentia. r Quomodo dicis ⁊c.
q2 peccata negare ⁊ defendere grauius ē
q; facere. j. Reg. xv. Quasi peccatū ario/
landi est repugnare ⁊c. ideo sequit̄:
s Vide in conualle. s. ennon. vbi filios
suos tradicebāt ꝑ ignem offerentes ido/
lis. Ra. Sa. dicit: In cōualle phegor: vbi
filij isrl̄ cōmiserūt idolatriā: Nu. xxv.
t Cursor leuis ⁊c. quasi diceret: sine fre/
no cucurristis ad idolatriā. In hebreo ha
betur: Camela leuis retinens vias suas. i.
modū suū currendi absq; obliuione exer/
cens: et est eadē sentētia: ⁊ dicūt hebrei ꝙ
femella camela agilior est ad currendū q;
masculus. v Onager assuetus in solitu/
dine. q2 ibi conuersatur. x In desiderio
anime sue ⁊c. per taleȝ attractionē sentit a
longe femellā: ⁊ sic insequit̄ sine retinacu/
lo. q. d. sic gens iudaica secuta est idolatri/
am. y Omnes qui querunt eam. ad for
nicandū cum ea per idolatriam.
z In menstruis eius inuenient eam. in le
ge ꝓhibitum erat ne mulier tempore men/
struoꝝ suoꝝ admitteret concubitū alicu/
ius viri: ꝓpter quod nimis luxuriosa repu
tabatur q̄ tali tempore se exponebat. ⁊ ꝑ hoc designatur vehemen/
tia idolatrie in populo israel: quia omni tempore erat ad eam para
tus. In hebreo habet̄. In mense suo inuenient eam. qꝺ exponens
Ra. Sa. dicit ꝙ in vno mēse anni onager dormit toto mense: ⁊ alio
tempore nō querit̄ vt capiat̄: q2 hoc esset pro nihilo ꝓpter eius cur
sum velocē: sed tunc capitur faciliter ⁊ sine defectu: ⁊ ꝑ hoc vt dicit
designat̄ captio gentis iudaice q̄ facta est per nabuchodonosor mē
se quarto. vt habet̄. iiij. Reg. vlti. a Prohibe ⁊c. Hic cōsequēter
ponit̄ pene cōminatio. cū dr̄: Prohibe pedē tuū ⁊c. q. d. recede ab
idolatria ne ducaris in captiuitatē nudis pedibus et sitiens: sicut
solent du/

## Glo.oꝛdi.

deberent euangelico pe/
de calcari et conteri.
a Deſperaui. Hiero. cõ
ueniunt hec eis qui ħere/
ticos ſequunť qui a bo/
no deſperant: ⁊ in ſuo con
foꝛtanť erroꝛe. Neceſſe eſt
autẽ vt qui alienã doctri/
nã ſequiť alienoſ diligat.
b Adamaui. Impudẽ/
ti cõfeſſione putat ſe cri/
mina deuitare.
c Quõ cõfũdiť. Hiero.
Uti poſſum⁹ hoc teſtimo/
nio ſi quando prudentes
noſtri et hi qui in eccleſia
putanť duces in peccatis
turpibus depħendũť.
d Uerterũt. Pꝛoijcien
tes ſermões meos retroꝛ/
ſum. Quando eni magi/
ſter p̃cipit iudiciũ eſt ob/
audientis ſi demiſſo au/
diat capite. Si tergũ ver/
tat cõtemnẽtis. vñ: Uer/
terunt ad me ſcapulam re
cedentem. Quaſi intan/
tum p̃cepta ſpꝛeuerunt vt
nec audire quidem digna
ti ſunt: ſed tumoꝛem ani/
mi indicant geſtu coꝛpo/
ris. e Secundum nu/
merum ⁊c̃. Uel eoſdem vł
diuerſos ſingule ciuita/
tes colebãt deos: vt nec
in impietate viderenť ha/
bere conſenſum: ſed pu/
gnans contra ſe ſuperſti/
tio: erroꝛem ſequeretur di
uerſum. f Quid vul/
tis ⁊c̃. Pꝛona eſt ad excu
ſationem ſui humana per/
uerſitas: ⁊ quod merito
ſuſtinet ſibi iniuſte videť
ſuſtinere.
g Filios veſtroſ. Ut pla
gis filioꝛũ diſceretˀ: ꝙ au
ſterioꝛi curãdi eſſetis me/
dicamine: et ne foꝛſitan di
ceretis: peccantes coꝛrũ/
pere noluiſti.
h Uidete verbum do/
mini. Moyſes videbat vo
cem domini. Et iohãnes
apoſtolus verbum dei ſe
vidiſſe ⁊ attrectaſſe dicit:
i Nunquid obliuiſce.
Hiero. Oꝛnamentũ ſuum
ꝑdidit qui a dño recedit
⁊ intelligentiã doctrine q̃
ſignificať in pectoꝛe. Un/
de iohannes ſupꝛa pect⁹
domini in cena recubuit.
⁊ ſacerdotibus inter cete/
ra ſeruať pectuſculũ victi
marũ. k In omnibus.
Iſtis ſiue ſub omni quer/
cu: alia littera. Hebꝛeũ eĩ
et quercũ et iſta ſignificat
In amenis aũt locis vm/
bꝛa et frondib⁹ immola/
bant. l Et dixiſti a.p.
⁊c̃. His vtenduʒ eſt apud
eos q̃ noluũt peccata ſua
cognoſcere: ſed in tempo/
re afflictionis dicũt ſe im
merito pati. Magiſq̀ irã
dei ꝓuocant: dũ alterum
immo

## Hieremie Ca. II

a ſ vnde: Qui ſitit veniat ⁊ bibat
be pedẽ tuũ a nuditate: et gutťur tuũ a †
a ſ deſperatione melioꝛũ vel maloꝛũ negat ſe facere qᷦ do/
minus imperauit.
a ſiti. Et dixiſti: deſperaui nequaq̃ faciã. † a†
a ſ quia. b ſ deos. ſ hereticos vel demones.
b Adamaui q̇ppe alienos: ⁊ poſt eos am b†
a ſ quiſquis impudens: et pꝛocax.
c bulabo. Quõ cõfũdiť fur quãdo dep̄/ c†
a ſ depħenſi in idolatria b ſ illi qui ſunt do.
hendiť: ſic confuſi ſunt domus iſrael ip/ †
a ſ non modo populus.
ſi et reges eoꝛũ: pꝛincipes ⁊ ſacerdotes
eoꝛũ ⁊ ꝓphete eoꝛũ dicẽtes ligno: pa/
ter meus es tu: ⁊ lapidi tu me genuiſti.
a ſ impudẽtis eſt: tꝑe neceſſitatis ab eo q̃rere auxiliũ: quẽ
in pace cõtempſerit. ſ quẽ per beneficia nõ ſenſerũt. per
toꝛmenta ſentiunt dominum.
d † Uerterũt ad me tergũ ⁊ nõ faciẽ: ⁊ ĩ tꝑe d
afflictionis ſue dicent: Surge ⁊ libera e
a ſ increpatiue: quaſi de⁹ creatoꝛ eſt hoĩm: homo fecit ſibi
deũ: ipſa ꝓbat neceſſitas q̇d poſſint: quos ſecuri⁹ coluiſti.
nos. † Ubi ſunt dij tui quos feciſti tibi?
Surgãt ⁊ liberẽt te ĩ tꝑe afflictiõis tue. f
a ſ tẽpoꝛe afflictionis.
e † Scd̃m numeꝝ q̇ppe ciuitatũ tuaꝝ erãt g
a ſ quaſi fruſtra obijcitis querimonias: ⁊ iniquã cauſam ĩ
iudicẽ retoꝛquetis: cũ impietatis veſtre ſit qᷦ patimini.
f dij tui iuda. Quid vultis mecũ iudicio
ſ quia.
cõtendere? Oẽs dereliquiſtis me dicit h
a ſ percutiebã vt diſciplinã ſuſciperẽt: ſed nihil ꝓfeci.
g dñs. Fruſtra ꝑcuſſi filios veſtros: diſci/ i
a ſ Lxx. nõ recepiſtis. b ſ quẽ ꝓ pctĩs vr̃is ſuſtinetis.
plinã nõ receperũt. Deuoꝛauit gladius k
a ſ nõ me⁹. b ſ baal: et ariolos. c ſ nõ meos. d ſ vos
tamẽ in ſcelere ꝑſiſtitis nec ꝓphetarũ timoꝛe ad melioꝛa
redditis.
veſter ꝓphetas veſtros: quaſi leo va/ l
h ſtatoꝛ generatio veſtra. Uidete verbũ m
a ſ admirãdo. b ſ cũ idola ſequať: quaſi celebꝛitate vꝛbiũ
i dñi. Nunquid ſolitudo fact⁹ ſum iſraeli: n
a ſ q̃ imbꝛẽ nõ recipit doctrĩe. b ſ plena ſẽtiũ. nõ exulta. ſ.
aut terra ſerotina? Quare ergo dixit o
a ſ quondã. b ſ quod ſceleſtum. c ſ quod ſceleſtius.
ſ grauis offenſa: nolle placare quẽ offenderis.
populus me⁹ receſſimus: nõ veniemus
a ſ eccleſia que mater parit. ⁊ virgo ẽ ſine macula et ruga.
vltra ad te? Nunquid obliuiſciť virgo p
oꝛnamẽti ſui: aut ſpõſa faſcie pectoꝛalis q r
a ſ Hiero. quanto longi⁹ obliuiſcimur deũ: tãto mai⁹ pec/
catum eſt: cũ nec longitudine ſeculoꝛũ poſſum⁹ edomari.
ſue? Populus vero me⁹ oblit⁹ eſt mei
a ſ quaſi fruſtra niteris verboꝛum te arte defendere: quaſi
bona opera tua oſtẽdere vt merearis dilectionẽ q̃ inſuꝑ ⁊c̃.
diebus inumeris. Quid niteris oſten/ s
dere bonã viã tuam: ad querendã dile t
a ſ alios: vt alijs eſſes exemplum maloꝛum.
ctionẽ: que inſuꝑ ⁊ malicias tuas docu v
ſ alij in manibus.
iſti vias tuas: et in alis tuis inuentus x y
a ſ quos idolis immolaſti: vel exemplo ꝑdidiſti.
eſt ſanguis animarum pauperum et in
a ſ quod plerũq̀ accidit latronũ inſidijs. b ſ iterfectos.
nocentium? Nõ in foſſis inueni eos: z
ſ vel iſtis. a ſ que ſupꝛa dixi. ſ.
k ſed in omnibus que ſupꝛa memoꝛaui. a
ſ o hieruſalem.
l Et dixiſti: Abſq̀ peccato ⁊ inocẽs ego b c
ſum: et pꝛopterea auertatur furoꝛ tu⁹ a

## Nico. de lyra

ſolent duci captiui. a Et dixiſti. de re/
medio: ⁊ iõ nõ dimittã. In hebꝛeo habeť
nõ curo. ſ. de tali cõminatione: ⁊ magˀ cõ
ſonat ei quod ſequiť: b Adamaui q̇p
pe alienos. ſ. deos: ⁊ talis amoꝛ vehemẽs
facit nõ curare de monitione ad oppoſi/
tũ. c Quõ cõfundiť ⁊c̃. q. d. ſic cõfun/
denť filij iſrł: qꝛ inuenienť idola eoꝛuʒ a
chaldeis eos ſaluare nõ potentia. ⁊ loq̇ť
ꝓpheta ꝺ futuro ꝑ modũ p̃teriti. ⁊ iõ ſub
diť: d In tꝑe afflictionis dicẽt. i. tem/
poꝛe obſidionis ꝑ chaldeos. e Libera
nos. ⁊ ſubdiť dñi reſpõſio: f Surgant
⁊c̃. qꝛ ipſe noluit eos liberare. g Scd̃m
numerũ quippe ⁊c̃. ꝓ dñi cultu habebãt
vnũ tm̃ altare ad ĩmolandũ in hierłm. ex
quo ptʒ dei cõtẽpt⁹ maioꝛ. ideo ſequiť:
h Oẽs dereliquiſtis me. ſine differẽtia
ſexus aut etatis. i Fruſtra ꝑcuſſi ⁊c̃.
qꝛ nõ eſt ſecuta coꝛrectio. k Deuoꝛauit F
gladi⁹ veſter ꝓphetas veſtros. ſ. Zacha/ † ij.32.f
riã tꝑe ioas: ⁊ Eſaiã tꝑe manaſſe: ⁊ plu/
res alios q̇ occiſi fuerũt ante tp̃s Hiere/
mie. iõ ſubdiť: l Quaſi leo vaſtatoꝛ.
q̇ aĩalia innocentia occidit: vt ceruos et † Deu.32.e
hmõi. m Generatio vr̃a. q̃ ſemꝑ ſitiuit
ſanguinẽ innoxiũ. n Nunq̇d ſolitudo
fact⁹ ⁊c̃. q. d. nõ: ĩmo ꝓuidi ei de terra fer
tili lacte et melle manãti. o Quare ġ ij.11.e
dixit ⁊c̃. q. d. nullã cãm habuit niſi mali/
ciã ſui. p Nunq̇d obliuiſceť virgo. de
ſponſata. q Oꝛnamenti. qᷦ dat ei ſpõ/
ſus in deſponſatione ſua. r Aut ſpõ/
ſa faſcie. i. ligamenti mãmillarũ ne groſ/
ſities earũ indecenter appareat. quaſi di
cat nõ. ⁊ ꝑ hoc intelligiť ꝙ gens iudaica
nullo modo debuit obliuiſci legˀ quã de/
us dedit ei in oꝛnamẽtũ qñ eã deſponſa/
uit in monte ſynai: ⁊ p̃ceptoꝝ reſtringen
tiũ indecentiã vite: qꝛ tñ fecit cõtrariũ et
longo tꝑe. ideo ſequiť: Populus aũt me
us ⁊c̃. s Quid niteris ⁊c̃. Hic remo/
ueť ſecũdũ. ſ. apparẽs iuſticia ꝑ quã ſuaʒ
maliciã palliabãt. vnde ⁊ rex manaſſes
occiſionẽ Eſaie palliauit çelo legis impo
nẽs ei ꝙ ꝯtra moyſen locutus fuiſſet. vt
dictũ fuit Eſaie. j. ꝓpter qᷦ diciť: Quid
niteris ⁊c̃. q. d. fruſtra pallias maliciã tu
am: qꝛ ſm̃ Hiero. ſimulata ſanctitas du/
plex eſt iniquitas. t Ad querendã di/
lectionẽ. allegãdo ꝙ deberet te deus dili
gere. v Que inſuꝑ ⁊ malicias ⁊c̃. ſem
ꝑ in malis creſcendo. x Et in alis tu
is. i. in ſacerdotibus ⁊ regib⁹ ꝑ quos de/
bebat popul⁹ ſubleuari ſicut auis ꝑ alas.
y Inuẽtus eſt ſanguis. ſ. ꝓphetarũ et
maxime tꝑe manaſſe. vñ diciť. iiij. Regˀ. G
xxj. Et ſanguinẽ innoxiũ effudit manaſ/
ſes multũ nimis: ita vt impleret hierłm
vſq̀ ad os. z Nõ in foſſis inueni eos.
quaſi diceret iſta occiſio innocentũ nõ fu
it facta in occulto ſed in manifeſto: ita ꝙ
non poteſt negari. Ra. Sa. dicit ꝙ hec ẽ
vera littera: Non in foſſis inueniſti eos:
⁊ eſt ſenſus: nõ habuiſti cauſam occiden/
di eos: ſicut ille qui inuenit furem de no/
cte domum effodientem: licite poteſt euʒ
occidere: vt habeť Exo. xxij.
a Sed in omnibus que. ſ. memoꝛaui. ſ.
quia ĩueniſti eos de idolatria tua ⁊ alijs
malis p̃dictis te arguentes: ideo occidi/
ſti eos. cum tamen debuiſſes eoꝛum ver/
ba recepiſſe cum tremoꝛe et reuerentia.
b Et dixiſti. poſt iſta flagitia manifeſta.
c Abſq̀ peccato innocens ſum. quia li/
cet malum ſit peccare: grauius tamẽ eſt
peccata perpetrata mendaciter excuſare.
ideo ſubdiť:

☞ imo maius peccatū ſit qđ feciſti nō lugere ſed excuſationes p̄tendere. a Ecce ego cō. Hiero. Audiat hereſis noua ex veteri irā dei eſſe vel maximā nolle peccatū humiliter cōfiteri ſꝫ impudenter iactare iuſticiā. b Et ab egypto. Ut egyptioꝝ impetū declinarēt:⁊ ad aſſyrios cōfugiebāt q̄ nihil ꝓfuerūt. Ab egyptijs enī victi ſūt. Rurſus vt irā aſſyrioꝝ fugerent ad egyptios fugiebant:ſed nihilominꝰ ſuperati ſunt. Increpanť ergo qꝛ relicto deo ſpem in hoībus ponūt. c Sup caput tuum. 2.Re.13.a More lugētiū:thamar ab amnō corrupta cinere caput ſperſit:⁊ manꝰ ſupra poſuit. Ca. III

d V Ulgo diciť: Si dimiſerit ⁊c̄. Ecce de fornicata ⁊ relicta muliere argumētū iuſticie p̄ponitur:⁊ tamē nobis poſt lapſum redeūtibꝰ nō iuſticia ſed pietas exhibeť: vt colligamꝰ ſi vobis delinquētibꝰ tāta pietate parcitur a nobis:nec poſt delictū redeūtibꝰ quāta improbitate peccať. Aut que ab illo erit ſup īprobos venia:q̄ nō ceſſat vocare poſt culpā. Eſa.30.c vñ:Et erūt oculi tui vidētes p̄ceptorē tuū:⁊ aures tue verbū poſt tergū monentis audiēt. Debemꝰ igiť pietatē vocantis erubeſcere ſi iuſticiā noluerimꝰ formidare:qꝛ tanto grauiori improbitate cōtēniť:quanto contēptus adhuc vocare nō dedignať. Si dimiſerit vir vx.ſu. Hoc dicere poſſumꝰ aduerſus eos qui fidē dñi relinquentes ⁊ hereticoꝝ erroribꝰ irretiti poſt multas fornicationes et deceptionez ſuarū aīarū ſimulāt ſe reuerti ad priſtinā veritatē:nō vt deponāt venena pectoris:ſed vt inſinuent alijs. e Tu aūt fornicata es. Siue habuiſti paſtores multos in offenſionē tui: vt deū.ſ.offenderes:⁊ q̄ magiſtri eſſe debuerāt vt alios ab omni errore ꝓhiberēt auctores īpietatis extiterūt. f Tamē reuertere. Si reuertebaris ad me dicit dominus. Arguit impudentiam meretricis que poſt adulterium audet reuerti ad maritum.

a ſ ex quo diffiteris. b ſ dicit dominus. c ſ non potentia.

a me. Ecce ego iudició ↄtēdā tecū: a

a ſ cū maius peccatū ſit:aliud habere in conſcientia:aliud in ore.

eo ꝙ dixeris:nō peccaui. Q̄ȝ vi/

a ſ ſepius. ſ peccata tua.

lis facta es nimis: iterans vias

b tuas. Et ab egypto cōfūderis: ſi b

a ſ in quo nō inueniſti auxiliū.

cut cōfuſa es ab aſſur. Naȝ et ab c

a ſ egypto ſicut ab aſſyrijs. b ſ ſepe fruſtrata c ſ lugētis:qꝛ fruſtra ſperaſti auxilium.

iſtā egredieris:⁊ mānꝰ tue erunt d e

c ſup caput tuuȝ:qm̄ obtriuit dñs f

a ſ quā in alienis poſuiſti.

cōfidentiā tuam:⁊ nihil habebis

ſ aduerſo deo.

proſperum. Ca. III

d V Ulgo dicitur. Si dimi/ g h

ſerit vir vxorē ſuam: et

recedēs ab eo duxerit viꝝ alteꝝ: i

nunquid reuerteť ad eam vltra? k

Nunqđ nō polluta ⁊ cōtamiata l

a ſ alij terra:qꝛ terrā iſrl' adultere cōparabat.

e erit mulier illa? Tu āt fornicata m

a ſ vel paſtoribus:hebreū enim remi paſtores romi amatores ſignificat.

f es cū amatoribꝰ multꝭ:tñ reūtere n o

a ſ poſt fornicationē ſuſcipit penitentē et hortať vt ad ſe reuertatur.

ad mē dicit dñs. Et ego ſuſcipiā p

☞ Leua oculos tuos

# Nico. de lyra

a Ecce ego iudicio cōtendā tecū. cōuincēs te et malicia tua ⁊ puniens nō violenter ſed rōnabiliter. ⁊ ptꝫ lr̄a vſqꝫ ibi:

b Et ab egypto ⁊c̄. ab aſſur. tp̄e enī achaz ꝓceſſerat iſta confuſio ab aſſur:qꝛ ſpoliata domo dñi miſit regi aſſyrioꝝ munera:⁊ tñ finaliter nō valuit ei:ſed magis nocuit:qꝛ iuit obuiaȝ regi aſſyrioꝝ in damaſcū vbi vidēs altare idolatrie fecit fieri ſimile in domo dñi qđ fuit occaſio ruine ſibi et populo ſuo. et eodē mō poſtea ſecuta ē cōfuſio ab egypto tp̄e ſedechie: q̄ etiā ex cōfidētia regis egypti rebellauit nabuchodonoſor regi: ꝓpter qđ ciuitatē et tēplū deſtruxit:⁊ populū partim occidit et partim captiuauit:egypti rege nullū auxiliū tribuēte. iō ſubdiť: c Nā et ab iſta.ſ.terra. d Egredieris. in captiuitatē ducta. e Et manus tue erūt ſup caput tuū. in ſignū cōfuſionis et triſticie:ſicut thamar ab amnō violata ⁊ eiecta poſuit manꝰ ſup caput ſuū.ij.Reg.xiij. f Qm̄ obtriuit dñs cōfidentiā tuā. quā habebas in rege egypti:et loquiť de futuro p modū p̄teriti. Ca. II

**Moraliter.** a† Et factū eſt verbū dñi ⁊c̄. Sequitur: Recordatꝰ ſum tui. Hoc pōt moraliter exponi de religioſis generaliter ⁊ de mendicantibꝰ ſpecialiter quibꝰ ad memoriā reduciť feruor deuotiōis ſue in religionis ingreſſu vt cōuenientius arguať tepor et remiſſio ī ꝓgreſſu:⁊ ſic diciť ī pſona dñi. a† Recordatus ſū tui miſerās adoleſcētiā tuā ⁊c̄. in principio ꝓfeſſiōis. d† Qñ ſecuta es me in deſerto. religionis. e† In terra q̄ nō ſeminať. qđ de religioſis mendicantibꝰ ꝓprie diciť: Et cōſequēter arguiť relaxatio cū diciť: l† Quid inuenerūt patres veſtri in me iniquitatis. ⁊ nō loquiť de primis patribꝰ q̄ fuerūt valde feruentes ſed de ſequentibꝰ q̄ ceperunt paulatiue declinare a prima pfectione. n† Et ambulauerūt poſt vanitatē. p ſeculariū imitationē. o† Et vani facti ſunt.i.ſupbi ⁊ cupidi. ita ꝙ multi religioſi ſolo habitu a ſecularibꝰ diſtinguunť et aliqui peiores efficiunť. p† Et nō dixerūt vbi eſt dñs ⁊c̄.i.nō recognouerūt beneficiū diuine vocationis ad ſtatū religionis. r† Qui traduxit p deſertū. ꝓuidendo ſufficienter de neceſſarijs. † Per terrā inhabitabilē. hoībꝰ carnalibꝰ ⁊ vanis. s† Per terrā ſitis.i. deſiderij patrie celeſtis. t† Et imaginē mortis.ſ.pctō ꝓpter qđ religioſi diciť mortui mundo. † In qua nō ambulauit vir.i.ſupbꝰ innitens ſuis viribꝰ. † Neqꝫ habitauit hō.carnalibꝰ intētꝰ. x† Et induxi vos.ego dñs. y† In terrā carmeli. vt comederetis deguſtando bona ſpūalia p ſtudiū ſacre ſcripture et or̄onis deuote. z† Et ingreſſi cōtaminaſtis terrā meā.pctīs vr̄is. † Et hereditatē meā.i.religionem. † In abominationē.angelis ⁊ hoībꝰ ꝓpter veſtrā malā cōuerſionē. a† Sacerdotes nō dixerūt vbi ē dñs.i.ſimplices religioſi q̄ circa diuinū officiū debēt eſſe intēti.nō dixerūt illud attēte nec deuote. b† Et tenētes legē.i. lectores ⁊ ſtudētes q̄ tenent ſcripturā legēdo ſꝫ nō opando. c† Neſcierūt me.practice p imitationē. d† Et paſtores p̄uaricati ſūt. magis querētes p̄eſſe q̄ꝫ ꝓdeſſe. f† Et ꝓphete.i.p̄dicatores. † Prophetauerūt ī baal.q̄ interp̄tať deuorator ſub p̄textu p̄dicationū querētes deuorare domꝰ viduarū. g† Propterea ⁊c̄. Hic arguiť p̄dicatorū malicia cū ſubdiť: d† Si mutauit gens deos ſuos ⁊c̄. q.d.non:dij militū ſūt excellentie. dij mercatorū ſūt diuitie:dij carnaliū ſūt delitie et ſeruiunt eis īmobiliter:ſꝫ religioſi qui elegerūt xp̄o ſeruire ipm relinquētes querūt excellentias cum militibꝰ:⁊ pecunias cū mercatoribꝰ: ⁊ delitias cū carnalibꝰ. Et qm̄ h̄ ē mirabile.ſubdiť: i† Obſtupeſcite celi ſup hoc ⁊c̄. Me dereliquerūt fontem aque viue. fugiētes or̄onis ſtudiū ⁊ ſacre ſcripture exercitiū. m† Et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas. immiſcentes ſe ſecularibꝰ negocijs ⁊ gētiliū doctrinis. s† Filij quoqꝫ mēphe os et thaneos. ciuitates ſūt egypti ī qua primo fuerunt phi: vt habeť.j.metaphiſice. iō p iſtos filios intelliguť philoſophi et eoꝝ doctrina qua multi abutunť in theologia ⁊ plꝰ videnť revereri dicta phoꝝ q̄ꝫ ſanctorū. iō ſubdiť: t† Cōſtuprauerūt te vſqꝫ ad verticē. ꝓpter qđ ſubdiť: z† Et nūc qđ tibi vis in via egypti vt bibas aquā turbidā.i.doctrinā erroribus plenā. p† Si laueris te. hic auferť falſa ↄfidentia p̄dictorū q̄ cōſiſtit in ſequēti cōfeſſione et celebratione q̄ parū aut nihil valet ſine emēdatiōe. iō dr̄: p† Si laue. te ⁊c̄. ſꝫ qm̄ aliq̄ malū ſuū falſo volūt excuſare. Seq̄ť: r† Quō diciſ ⁊c̄. Et admoneť humiliatio vera. cū ſubdiť: s† Uide in cōualle vias tuas ⁊c̄. ꝓhibe pedē tuū a nuditate. virtutis. † Et guttur tuū a ſiti. mūdane cupiditatꝭ. † Et dixiſti. p obſtinationē ī malo. a† Deſpaui. poſſe ſuare pfectionē regulariū ⁊ ſubdiť cā cū dr̄: b† Adamaui q̄ppe alie.i. mores ſeculariū ⁊ ſubdiť punitio taliū. c† Quō ↄfūdiť fur qñ dep̄hēdiť. qꝛ cū furto ſuo ad mortē duciť. † Sic ↄfuſi ſūt do. iſrl'.i. religioſi mali ī morte:qꝛ cū pctīs ſuis ducūť ad mortē gehenne.

g V Ulgo dr̄. Poſtq̄ꝫ ꝓph̄a redarguit ꝓp̄li mali Ca. III ciā. hic ↄñr arguit peccantiū iuerecūdiā:⁊ h̄ ſub metaphora mulieris ꝓ ſua libidine a marito dimiſſe. ⁊ diuidiť ī duas ptes:qꝛ p̄mo arguiť h̄ iuerecūdia abſolute. ſecūdo cōpatiue. ibi: Et dixit: Circa p̄mū dr̄: Uulgo dr̄.i. vulgariter ſeu cōiter. h Si di. vir ⁊c̄. ꝓpť effrenatā eiꝰ libidinē. i Et recedēs ⁊c̄. nolēs aliqualiter ↄtinere ī recōciliationē viri modicū expectare. k Nūq̄d reuer. ⁊c̄.ſ. vir p̄mꝰ. q.d. nō. ⁊ cā ſubdiť: l Nūq̄d nō pol. ⁊c̄. q.d. ſic:qꝛ nimis vilificata eſt. ⁊ ex h̄ oñdiť dei clemētia cū ſubdiť: m Tu aūt for. es. p idolatriā. n Cū ama. mul.i. ſeruiēdo multꝭ idoꝉ. o Tñ reuer. ad me. q.d. ſuſcipiā te. qđ aūt ſubdiť: p Et ego ſu. te. in aliq̄bꝰ

a Leua oculos tuos. Iuxta anagogen his q̄ hereticos errores deſereꝛe ſe ꝑmittunt: p̄cipit vt leuent oculos in directū. Niſi enī recta viderint priſtinā prauitatē dānare nō poſſunt. b Quaſi latro in. Sicut ſolent latrones ad veſperā in deſertis locis viatoribꝰ inſidiari: ſic tu vt cōcubitu tuo aīas interficeres fornicantiū. Pro latrone: in Heb. ara be habet: qđ et arabes ſignificare pōt: q̄ gēs latrociniјs dedita vſq; ad terminos paleſtine incurſat: ⁊ deſcendentibꝰ de hierlm ī hiericho obſidet vias. Vñ: Hō qdā deſcēdebat ab hieruſalē ī hiericho: ⁊ incidit ī latrones.

Luc.10.c

c Quobrē ꝓhibite. Grego. Aliquādo ſolis noīe claritas p̄dicatoꝝ deſignat. Vñ: Factus eſt ſol vt ſaccꝰ cilicinꝰ ⁊c. In extremo eniȝ tp̄e ſol quaſi ſaccus cilicinꝰ oſtendit: q2 fulgēs vita p̄dicantiū ante reproborū oculos aſpera ⁊ deſpecta demonſtrat. Qui ſtellarū quoq; claritate figurant: q2 dū recta peccantibꝰ referūt vel p̄dicāt: tenebras noctꝰ illuſtrāt. vñ: Quia ꝓhibite ſunt ſtelle pluuiaꝝ. Quia vero ſol ꝑ diē lucet. ſtelle vero ꝑ noctē: ⁊ plerūq; ꝑ noctē p̄ſens vita ſignat: ⁊ ꝑ diē eterna patria: p̄dicatores ſancti ſol nobis fiūt: cū cōtēplationē vere lucis aperiunt: ⁊ ſtelle cū ꝑ actiuā vitā neceſſitatibus p̄ſentis vite ꝓſpiciunt.

Apo.6.c — Ioel.2.a

d Frons mulieris ⁊c. Hoc poſſumꝰ dicere hereticis q̄ in erroribꝰ ſuis gloriant. Quia ſ. dixit: nō peccaui. arguit eā vt mulierē ꝓcacem q̄ ad nullū declinare erubeſcit. e Dux virgi. Deſpōdit deꝰ aīam amplexibꝰ ſuis: ⁊ docet quō orare debeat et agere penitētiā. Quāto aūt ille clementior q̄ ſalutis viā poſt fornicationē oſtēdit: tanto miſerior meretrix q̄ non vult recipere ſanitatem. f Et dixit dñs ⁊c. Hiero. Fit hec ꝓphetia tēporibꝰ Ioſie regꝰ iuſti ſub quo cepit Hieremias ꝓphetare. Si intellexiſti populos duos iſrl. ſ. et gentiū intellige trāſmigrationē iſrael in populo iudeoꝝ: ⁊ de eodē dictū dimiſi eam ⁊ dedi ei libellū repudij: vt relinquēs. ſ. firmet exemplū. Iubet lex moyſi mulieri viro diſplicenti dari libellū repudij et dimitti: ⁊ tunc viro licere vt alteram ducat. Sic intellige iudeos accipientes libellū repudij: ⁊ ideo a deo omnino reliqui. Ubi enī apud eos ꝓphete: vbi ſigna virtutum: vbi manifeſtatio dei: nō templū: nō victime: nō alius eius cultus lege expreſſus. Eiecti ſunt ꝺ regionibꝰ ſuis: ⁊ ita dedit eis deꝰ libellum repudij. Poſt eos nos q̄ in ſcripturis iudei vocamur ꝓpter tribuȝ iuda ex cuiꝰ ſtirpe ſaluator deſcēdit: cōuerſi ſumꝰ ad dñm: ⁊ nouiſſima noſtra ī cōſūmatione ſeculi ſimilia erūt peccatis iuda īmo peiora. Vñ: Cū multiplicate fuerint iniquitates refrigeſcet charitas multorū. Qui autem pſeuerauerit vſq; in finē ſ. e. Et putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terrā? Si etiā nunc iudicemus fidē noſtrā nō multitudinē et voluntatē hominū: non cōgregationē: videbimus in tanto numero eccleſiarū difficillime reperiri fidem: difficile enī eſt plures eſſe bonos. Unde: Multi vocati pauci electi. Si ergo dicit: primū dimiſi ꝓpter peccata iſrael: et reliqui eum in contaminatione: iudas autē audiens que acciderunt iſrael noluit ad me cōuerti: ꝺ noſtris peccatis loquit qui legētes ea que paſſus eſt populus iudeorū non timemꝰ: neq; dicimꝰ: Si naturalibus ramis non pepercit: quanto magis nec nobis parcet deus? Non enim tantū benignus eſt ⁊ nō ſeuerus. Si benignus tantum eſſet bonitatem eius cōtemneremus. Si ſeuerus tm̄: deſperaremꝰ. Neceſſaria eſt nobis bonitas ob penitentiā: ⁊ ſeueritas ob delicta.

Deu.24.a — Mat.24.a — Luc.18.b — Mat.22.b

g Nunquid vidiſti ⁊c. Facit comparationē inter duas et decem tribus que iam captiuate erant ab aſſyrijs. Et cum hoc due tribus vidiſſent non emendauerunt ſe: ſed deterius fecerunt. Et hoc eſt quod dicit: Nunquid ⁊c. h Aduerſatrix iſrael. Sub figura duarum ſororū loquitur que de vna ſtirpe abrae iſaac et iacob ſunt generate. Priorem aduerſatricē vocat que ſtatuit in dan ⁊ in bethel vitulos aureos.

.rȝ. g

i Abijt ſibimet ⁊c. Fm Anagogen de hereticis prophetia eſt qui falſi nominis ſcientiā heretica ſubtilitate putant ſe ſectari: ⁊ aſcendere montem ſuperbie: ⁊ carnis voluptatibꝰ delibuti ſub omni ligno frondoſo et ameno exponunt fornicationē ſuā. Qui cum tradant diabolo in interitū carnis frequēter euenit vt domꝰ iuda. i. confeſſionis ⁊ vere fidei nō terreat exemplo: ſed multo maiora cōmittat: ⁊ fornicatione ſua contaminet terrā eccl'ie: ⁊ mechet cū ligno ⁊ lapide dogmata deo cōtraria ſequēs. Si aūt vir eccleſiaſticꝰ corrigere voluerit errātē: ⁊ putridas carnes reſecare: ⁊ ad pniam retrahere eos qui ſecuti ſunt falſitatē: illi nihilominꝰ

a ſ o hieruſalem: huc illucq;.

a te. Leua oculos tuos ī directū ⁊ a b+

vide vbi nūc ꝓſtrata ſis. In vijs c+

b ſedebas expectās eos q̄ſi latro ī d

a ſ vel īterfeciſti: q2 multi idolatrie malo pierūt.

ſidiās ī ſolitudine: ⁊ polluiſti ter e+

rā in fornicationibꝰ tuis ⁊ ī mali f

a ſ ablata eſt. ſ. omnium rerum benedictio vt pateretur ſiccitatem ſermonis dei.

c cijs tuis. Quobrem prohibite ſūt g+

ſtille pluuiarum: ⁊ ſerotinus im

ſ Lxx. facies.

d ber non fuit. Frons mulieris me h+

ſ Lxx. facta eſt ad omnes.

retricis factā eſt tibi: noluiſti eru

a ſ erubeſcāt heretici q2 ad meliora nolūt cōuerti

beſcere. Ergo ſaltem amodo vo i k

e ca me pater meꝰ: dux virginita l

tis mee tu es. Nunquid iraſceris m

in perpetuum aut perſeuerabis

in finem? Ecce locuta es ⁊ feciſti n

f mala: ⁊ potuiſti. Et dixit domi o p+

ſ fit hec ꝓpheria in diebꝰ Ioſie regis iuſti ſub quo Hieremias orſus eſt ꝓphetare.

nus ad me in diebus ioſie regis.

g h Nūqd vidiſti que fecerit aduerſa q r

i trix iſrl? Abijt ſibimet ſuꝑ oēȝ mō s+

ſ vbi maior voluptas.

tē excelſū: † ⁊ ſub oīm ligno frōdo †

ſo: ⁊ fornicata eſt ibi. Et dixit: cū t

feciſſet hec oīa ad me reuertere

in aliquibꝰ libris: nō ē de textu: q2 nō eſt in hebreo nec ī libris correctꝰ: ſ; ſubintelligit: ꝓpter qđ aliqs expoſitor poſuit hic ꝑ modū gloſe īterlinearis: q̄ poſtea inſerta fuit textui ꝑ imperitiā ſcriptoꝝ. a Leua oculos tuos ī directū. i. ad facta tua recte cōſiderādū. b Et vide vbi nūc ꝓſtrata ſis. q. d. nō ē locus vbi nō exercueris idolatriam. c In vijs ſedebas. ſicut meretrix in biuio vt ſe exponat trāſeuntibꝰ. d Expectans eos quaſi latro. i. cuȝ magno fornicandi deſiderio. ſicut latro expectat aliquē trāſeuntē deſiderās ipm ſpoliare. e Et polluiſti terrā in fornicationibꝰ tuis. i. in idolatrijs **B** f Et in mali. tuis. peccādo cōtra ꝓximū. g Quobrem ꝓhibite ſunt ſtille pluuiaruȝ ſicut ptȝ. iij. Reg. xvij. vbi dr q̄ clauſum fuit celū ꝓpter peccata terre: ſ; nō dicit ibi quātum temporis: ſed Iacobi. v. dicit q̄ nō pluit annis tribus et menſibus ſex: ꝓpter idolatriam et alia peccata tempore achab et ieȝabelis. Cōſequēter ex p̄dictis concludit inuerecundia peccandi. cū dicit: h Frons mulieris meretricis ⁊c. ⁊ ſubdit diuina clemētia ad penitentiā recipere ſemper parata. cum dr: i Ego ſaltem amodo. i. poſt tot ⁊ tāta flagitia. k Uoca me pater meus. recognoſcendo beneficiū tue creationis. l Dux virginitatꝰ mee tu es. recognoſcēdo beneficiū eductionis tue de egypto. tūc enī populus hebreus cōmuniter † Ex.2.d erat integer ab idolatrie peccato vſq; ad fabricationē vituli. **C** m Nunquid iraſceris in perpetuū. recedendo a me per peccatū. n Ecce locuta es et feciſti mala. i. ore et opere peccaſti. o Et potuiſti. me permittente ex tuo demerito: qđ autem ſequit: Et pro verbis penitentie ⁊c. vſq; ibi: Quod ſermone tractaſti incluſiue: non eſt de textu: quia nō habetur in hebreo nec in libris bene correctis. p Et dixit: Hic cōſequenter arguit inuerecundia p̄dicta comparatiue. ſ. ad populum regni iſrael. Et diuiditur in duas ptes: q2 primo ponit dicta comparatio: ⁊ ſecūdo peccantiū reuocatio. ibi: Uade et clama. Circa primū notat tempus huiꝰ reuelationis facte Hieremie cū dicit: Et dixit ⁊c. Ioſie regis. ſ. iude. ante enī tempore Eȝechie regis iude Oſee rex iſrael ⁊ populus eiꝰ fuerat debellatus et captiuatus et ductus in aſſyrios ꝓpter idolatriam et alia peccata ipſorū: ſm quod dicit. iiij. Regꝰ. xviij. et hoc eſt quod dicit: q Nunquid vidiſti: id eſt cōſideraſti. Hieremias enim non vidit oculis carnis: nondū enī erat natus quando populus regni iſrael fuit captiuatꝰ: q2 hoc fuit ſexto anno Eȝechie. iiij. Reg. xviij. et extunc vſq; ad. xviij. annū regis ioſie in quo iſta reuelatio facta fuit Hieremie: vt dicit Ra. Sa. fluxerunt anni. xcviij. vt patet. iiij. Reg. coniungēdo annos intermedios per tempora quibus dicūt regnaſſe reges iuda illius temporis. Hieremias aūt adhuc iuuenis cepit ꝓphetare tempore ioſie. vt dictū eſt. ſ. ca. j. r Que fecerit auerſatrix iſrael. i. populus regni iſrael. s Abijt ſibimet ſuper omnem montē ⁊c. i. expoſuit ſe omni idolatrie. t Et dixit cum feciſſet hec omnia ad me reuertere. hoc dixit dominꝰ per Amos et Oſee qui ꝓphetauerunt de regno iſrael.

P hilominꝰ ſub ſpecie eccľiaſtice ꝟitatꝰ antiquū
ſequūť errorē. a Et vidit p̄. Alioꝝ tormēta
alioꝝ remedia ſūt. Nūcꝙ puniť homicida reci/
pit q̄d ē ipē qđ fecit: ſ3 alij terrenť a ſcelere. De
cē tribubꝰ q̄ vocabanť iſrľ captis ab aſſyrijs
in medãcꝙ tranſlatis:
due tribꝰ iuda ⁊ ben/
iamin q̄ debuerūt ſimi
lia formidare: et tota
C mēte ad deū cōuerti vi
cerūt decē tribuū ſcele
ra: vt ī tēplo dei ſtatu/
am Baal ponerēt q̄ in
Ezech.8.b Ezechiele đr idolū ad
çelū et emulationē dñi
collocatū. b Et me/
chata. Orige. Et me/
chať lignū et lapidem
⁊c̃. Qñ peccamꝰ duro
corde ꝯtra deum: lapi/
dē fornicamur. qñ pec
camus in voluptate:
mechamur ſubter om
ne lignū nemoroſū. Et
in his oībꝰ nō eſt ꝯuer
ſa ad me p̄uaricatrix
D iuda ex toto corde ſuo
ſed in mendacio. Nos
quocꝙ cōuerſi ſumꝰ ad
dñm: ſ3 nō ex toto cor/
de ſ3 in mēdacio. Necꝙ
vero ait: Nō ē cōuerſa
ad me p̄uaricatrix iu/
da ⁊ tacuit ſ3 addidit
ex toto corde ſuo: ſ3 in
mēdacio: vt oſtēderet
eos q̄ nō ex toto corde
cōuertunť in mēdacio
nō in ꝟitate cōuerti.
c Iuſtificauit aīam.
Ezec.16.f Iuſtificata ē ſodoma
ſoror tua ex te. Et ali/
Iud.18.c bi: Deſcēdit hic iuſtifi
catꝰ in domū ſuā ab il
lo. d Uade ⁊ clama
⁊c̃. Hiero. Contra aq̄/
lonē et aſſyrios dirigi
tur ſermo ⁊ ad decē et
ad duas tribꝰ et earu3
E reuerſio p̄dicať.
e Et nō auer. Unde
Ps.50. Auerte faciē t. Alij ve
ro obfirmabo faciē me
am ꝯtra vos. i. nō auſteritate iudicis: ſ3 vultu
Eccl.2.e miſcđie ſuſcipiā vos. Sanctꝰ enī ⁊ miſericors
Eſa.64.d ſum: vt vltra nō meminerim iniq̄tatis veſtre.
Hoc ad hereticos ⁊ negligētes ī eccleſia refer
ri pōt: q̄ quotidie p̱ eccleſiaſticos viros ad pe
nitētiā vocanť: q̄bꝰ ꝓprie aptať. Et vocē meā
nō audiſtis. Nis aūt hereticus habitat ī aq̄/
lone ſine fidei calore: nec illđ apľi pōt audire:
ſpū feruētes ⁊c̃. Et q2 ſe voluptatibꝰ tradidit
a dño receſſit: ⁊ vias ſuas alienis dogmatibꝰ
diſp̱ſit: ⁊ voluptatē ſecutꝰ ē. Nulla enī hereſis
niſi ꝓpter gulā ⁊ vētrē: ſe ducēs mulierculas
oneratas p̱ctis ſemp̱ diſcētes ⁊ nūcꝙ ad ſcien
Ps.52. tiā veritatꝰ p̱uenietes. de q̄bꝰ vere đr: Qui de
uorāt ppľm meū ſicut eſcā panis. f Tñ ſci.
Quia cū miſertꝰ fuero tui: ne te iuſtū putes:
ſ3 ſemp̱ memēto iniq̄tatꝰ tue: ⁊ ſup̱bie colla di/
mitte: vt q̄ p̱ arrogantiā offendiſti: p̱ humili/
tatē placare deū poſſis. g Cōuertimini ⁊c̃.
Hiero. Iudei putant hoc completu3 eſſe poſt
reuerſionem de babylone ſub çorobabel: ⁊ ꝙ
nō oēs fuerunt reuerſi in hoc ſignificari. Aſ/
ſumā vos ⁊c̃. S3 meliꝰ cōpleť in aduentu xp̄i
Ro.9.f quando reliquie ſaluanť. Unde apľus: Niſi
dñs ſabaoth reliq̄ſſet nobis ſemen ſicut ſo. ⁊c̃.
P Nūcꝙ

a ſ in qua templū et religio imitatione germane paulatim receſſit a domino.

a ⁊ nō eſt reuerſa. Et vidit p̄uārica
b trix ſoror eiꝰ iuda: q2 p̱ eo ꝙ me/
chata eſſet auerſatrix iſrľ dimiſiſ
ſem eā: ⁊ dediſſem ei libellū repu
dij: ⁊ nō timuit p̄uaricatrix iuda
ſoror eiꝰ: ſ3 abijt ⁊ fornicata ē etiā
ipſa: ⁊ facilitate fornicatiōis ſue
cōtaminauit terrā: ⁊ mechata ē
cū lapide ⁊ ligno. Et ī oībus his
nō eſt reuerſa ad me p̄uaricatrix
ſoror eius iuda in toto corde ſuo
ſed in mēdacio ait dominus. Et

a ſ q2 ſtatim in principio perijt.

c dixit dñs ad me: Iuſtificāuit ani
mam ſuam auerſatrix iſrael cō/

a ſ que illius cruciatibus potuit emendari.

paratione p̄reuāricatricis iuda.

a ſ alij lege. b ſ verbū hebraicū cararhat voca: et clama: et lege ſonat.

d † Uāde ⁊ clāma contra aquilonē
ſermōes iſtos. ⁊ dices: Reuerte
re auerſatrix iſrael ait dominus:

ſ vnde: Auerte faciē t. a peccatis meis.

e ⁊ non auertam faciem meā a vo
bis: quia ego ſanctus ſum dicit
dñs ⁊ non iraſcar in p̱petuū. Ue
f rūtamē ſcito iniquitatē tua3: q2
ī dñm deū tuū p̄uaricata es. Et

ſ idolis.

diſperſiſti vias tuas alienis ſub

a ſ vbi delicata et amena religio.

oī ligno frondoſo: ⁊ vocem meā
g nō audiſti ait dñs. Cōuertimini

a Et nō eſt reuerſa. q2 ad verba eorū nō fecit penitentiam: ſed magis auxit maliciā. b Et vidit p̄uaricatrix ſoror eiꝰ iuda. i. populus de regno iude q̄ deſcenderat ex eiſdem patribꝰ: ꝓpter qđ vocať eius ſoror. c Quia p̱eo ꝙ mechata eſſet ⁊c̃. exponēdo ſe omni idolatrie. vt dictū eſt. d Dimiſiſſem eam. in manibus regis aſſyriorū. e Et dediſſem ei libellū repudij. p̱mittē/ do ꝙ duceret in captiuitatē. f Et nō timuit p̄uaricatrix iuda ſoror eiꝰ. ex dicta pena illata populo iſrľ ⁊ tñ debuiſſet timere ne accideret ſibi ſimile: qđ nō fecit. iđ ſubdiť: g Sed abijt et fornicata eſt. p̱ idolatriā timore dei poſtpoſito. h Et in oībus his nō ē reuerſa ad me. licet eā reuocauerim verbo ꝓphetaꝝ ⁊ facto punitionis in populo iſrľ vt dictū eſt. i In toto corde ſuo. ſed in mendacio. q2 in populo iuda erāt multi q̄ exteriꝰ videbanť iuſti: ⁊ tamē non erāt. vt dictū eſt ca. p̄ce. k Et dixit dñs ad me. cuius dictū non pōt eſſe falſum. l Iuſtificauit aīam ſuā auerſatrix iſrľ. non ſimpliciter ſed cōparatiue. iđ ſubdiť: m Cōparatiōe p̄uaricatricis iuda. ſ3 mo do dixit iudas: Geñ. xxxviij. de thamar: Iuſtior me eſt: q2 minus peccauerat q̄3 ipſe: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito: tū q2 in regno iuda erat templū et cultꝰ diuinus quo debebat regnū iuda teneri in timore dei: tū q2 regnū iuda viderat punitionē p̄teritā regni iſrľ: ex qua debebat a peccato retrahi. regnū aūt iſrľ nō ſic viderat punitionē p̄teritā regni iuda. n Uade. Hic ꝯſr ponit peccantiū reuocatio. ⁊ primo de regno iſrľ ſpecialiter. ſcđo oīm generaliter. ibi: Conuertimini. Circa primū đr: Uade ⁊ clama ſermōes iſtos ꝯtra aquilonē. ⁊ eſt verbū dñi ad Hieremia3 qui vt dicit Ra. Sa. fuit miſſus in terrā aſſyriorū q̄ eſt in plaga aquilonari reſpectu iudee: vbi pp̄ľs iſrľ detinebať captiuus ad p̄dicandū eis penitētiā. Alij vero dicūt ⁊ veriſimilius vt videť ꝙ fuit miſſus ad aliquos q̄ đ populo iſrľ effugerāt manus regis aſſyriorū: ⁊ latuerāt in terris circūadiacentibꝰ ⁊ poſtea ad terrā iſrľ redierant. ⁊ ibi multiplicati fuerāt: ⁊ q2 erāt idolatre ſicut ante captiuitatē fratrū ſuorū. iđ Hieremias iuit ad reducēdū eos ab idolatria ad dei cultum q̄ vigebat ī hierľm maxime tp̱e Ioſie. terra aūt regni iſrľ eſt in p̱te aq̄lonari reſpectu hierľm ⁊ regni iude. o Reuertere auerſatrix iſrľ. ab idolatria. p Et nō auertā faciē meā a vobis. ſ3 ſuſcipiā vos in miſericordia. q Quia ſanctꝰ ego ſū. q. d. ſ3 faciā ex bonitate mea: nō ꝓpter veſtra merita: ⁊ q2 ad verā conuerſionē requiriť ꝓprij p̱cti cognitio. iđ ſubdiť: Uerūtñ ſcito iniq̄tatē tuā ⁊c̃. r Et diſp̱ſiſti vias tuas alienis. i. idolis q̄ dicūť dij alieni: ⁊ vocat ſ3 vias tuas. i. pedes tuos q̄bꝰ p̱cediť p̱ viā: loquiť enī hic ꝓpheta de pp̄ľo iſrľ ſub metaphora meretricis q̄ parata eſt diuidere pedes ſuos oī trāſeunti ī cōcubitu carnali: ſicut đr Ezech. xvj. Diuiſiſti pedes tuos oī trāſeunti p̱ viā. s Sub oī ligno frōdoſo. in talibꝰ enī locis exercebať idolatria. ⁊ cū hoc aliq̄ñ etiā luxuria in veneratione veneris ⁊ priapi. t Cōuertimini. Hic ꝯſr poniť reuocatio peccātiū generaliter. Sciendū tñ ꝙ aliq̄ expoſitores nr̄i exponūt reſiduū huius capľi de reditu filioꝝ iſrľ de captiuitate babylonica. ⁊ q2 plures eoꝝ remāſerūt in babylone detenti amore ꝓlis quā genuerāt: ⁊ poſſeſſionum q̄s ibi acq̄ſierant. iđ ſubdiť: Et aſſumā vos vnū de ciuitate et duos de cognatione ⁊c̃. ⁊ qđ ſubdiť: Et dabo vobis paſtores ⁊c̃. exponūt đ çorobabel: eſdra neemia: aggeo ⁊ çacharia: q̄ gubernauerūt ppľm ī tp̱alibus ⁊ ſpiritualibꝰ. Nō dicēt vltra arca teſtamēti ⁊c̃. q2 ī tēplo ab eis reedificato nō fuit arca: vt dicūt etiā iudei: ⁊ habeť. ij. Mach. j. ⁊ ſic ꝯſr adaptāt lrām ad iſtud ꝓpoſitū ꝓut poſſūt. S3 huic dicto obuiat qđ ſubdiť: In tp̱e illo vocabunt hierľm ſoliū dñi: q2 nō legiť hierľm fuiſſe in tanta ſolēnitate ⁊ reuerentia poſt tēpus captiuitatis babylonice: ſed ſemp̱ vel quaſi ſemp̱ erat ſubiecta ſeruituti. primo p̱ſarū. poſtea grecoꝝ: ⁊ vltimo romanorū. vt p3 ex libris Eſdre Neemie Machabeoꝝ. ⁊ ex euāgelijs. Itē qđ ſubdiť: Et cōgregabunť ad eā oēs gentes in noīe dñi: q2 nō leguntť cōuerſi ad iudaiſmū de gentilibꝰ niſi pauci. ſimiliter qđ ſubdiť: In diebꝰ illis ibit domꝰ iuda ad domū iſrľ: ⁊ veniēt ſimul de terra aquilonis: q2 nō legiť ꝙ aliq̄ iudei eiuſdē tp̱is iuerint ad reducendu3 filios iſrael de regno aſſyriorū vbi fuerunt ducti per aſſyrios. Propter qđ Ra. Sa. exponit paſſum iſtū de tp̱e chriſti: ⁊ in hoc dicit magis catholice q̄3 expoſitores p̄dicti. dicit tamē ꝙ iſta ſūt implenda de futuro: ſicut ⁊ expectat xp̄m venturum: cuius tamen aduētus tranſit in p̄teritum. Igiť ſequendo dictum eius q̄3tum ad id qđ continet veritatis pars iſta in qua agiť de vocatione chriſti qui venit vocare peccatores: Matth. ix. diuidiť in duas. q2 primo circa hanc vocationem poniť vocantis benignitas. ⁊ ſcđo iudeoꝝ malignitas. ibi: Sed quomodo. Prima adhuc in duas. q2 primo poniť dicta vocatio

a Cunctis mul. Hiero. Alij hec ad finē tēpoꝝ referūt qñ ſub/ intrāte plenitudine gentiū oīs iſrl ſaluus fiet. b Arca te/ ſtamēti. Hiero. In arca q̄ cuſtos erat moſaice legis non habe/ būt fiduciā: ſed et ipſi erūt in tēplū dei. Nec iuxta errātes na/ ʒareos abolitis inſeruient ſacrificijs: ſʒ ſpūalem cibū ſectabū tur. c Vocabūt. Qui olim dice
Ps. 79. bāt: Qui ſedes ſup cherubin manife ſtare ⁊c̄. Inter duo cherubin ī ꝓpici atorio dn̄i maieſtas apparebat: ⁊ lo/ quebatur moyſi et ſacerdotibus: ſed modo aliter tempoꝛe fidei.
d In diebus il. Hoc pꝛopꝛie in chri ſti aduentu completur. cū duodecim tribus ſimul euangelio credūt: ⁊ ter/ ram aquilonis relinquunt ⁊ diaboli imperium. e In filijs. In nume/ ro filioꝝ qui de gentibus crediderūt.
Joh. 1. b Quotquot enī receperunt euʒ dedit eis poteſtatē fi. dei fieri. f Muli/ er amatoꝛē. Semel mixta videns euʒ ſeruire libidini ſue: ⁊ in ſe mutatā le/ gē nature per quā quondā viro ſub/ iecta fuerat: dicente domino ⁊ abs te conuerſio eius. g Vox in vijs au. Libēter ſuſcipit domin⁹ penitentem: occurrit filio inopia et ſqualoꝛe confe cto. priſtinis veſtibus induit: gratiā reddit reuertēti: ſi tñ cū ploꝛatu ⁊ vlu latu redeat ad patrē. ¶ Auerſiões

a ſ Alij vagi et recedentes:
filij reuertētes dicit dominus: qꝛ a†
a ſ Vel dominatoꝛ veſtri.
ego vir veſter. Et aſſumam vos b+
a ſ in vnitate fidei. ſ nō ei oīm ē fides. b ſ mū di. c ſ i dilectiōe dei ⁊ ꝓximi. d ſ carnis.
vnū ʒ ciuitāte: ⁊ duōs ꝺ cōgna
a ſ de qua: Glorioſa dicta ſunt de te. c. d.
tione ⁊ introducam vos in ſiōn. c
a ſ apoſtolos et apoſtolicos viros.
Et dabo vobis pāſtoꝛes iuxta d
a ſ credentes. b ſ chriſti.
coꝛ meū: ⁊ pāſcēt vos ſciēntia et e f
a ſ non iudaicis cerimonijs. b ſ in toto oꝛbe multiplicato euangelio.
a doctrinā. Cūq̄ꝫ multiplicāti fue/ g
a ſ In omnē terrā exiuit ſon⁹ eoꝛū.
ritis ⁊ creueritis in terrā ī dieb⁹ h
b illis ait dñs: non dicent vltra ar/ i
ca teſtamenti dñi: neq̄ꝫ aſcendet k
ſup coꝛ: neq̄ꝫ recoꝛdabunt illius l
nec viſitabitur: nec fiet vltra. In m
a ſ viſio pacis: de qua: Fact⁹ ē in pace loc⁹ eius. ſ eccleſiā.
c tempoꝛe illo vocabūt hierl̄m ſo/ n o
a ſ oēs qui ꝑfecte credētes thꝛon⁹ dei eruat.
liū dñi: ⁊ congrēgabunt ad eam p
ſ fideles.
omnes gentes in nomine dñi in
a ſ eccleſiā. b ſ facientes deſideria ſua et ſe/ quentes erroꝛes ſuos: ſed dicent: Adheſit aīa mea poſt te me ſuſcepit d. t.
hierūſalē: ⁊ nō āmbulabūt poſt q
d prauitatē coꝛdis ſui peſſimi. In r
diebus illis ibit dom⁹ iuda ad
domū iſrl: ⁊ veniēt ſimul de ter/
a ſ duriſſimi frigoꝛis. ſ ꝓmiſſiōis. ſ ſicut ꝓmiſi
ra āquilonis ad terraʒ quā dedi s
a ſ Abraā iſaac ⁊ iacob. b ſ xp̄s. c ſ vox xp̄i.
pātrib⁹ vr̄is. Egō aūt dixi: Quō t v
a ſ vt fiat vnū ouile. b ſ viuentium.
pōnā te ī filioſ: ⁊ tribuā tibi tērrā
e deſiderabilē hereditatē ꝑclarā ex x y
a ſ .i. foꝛtiū. b ſ Theodotio: robuſtiſſimi. ſ. xp̄i.
c ſ Qui credit in me credit in deū patrem.
ērcituū gēntiū: Et dixi: Pātrem z a
a ſ o iſrael. b ſ imitando.
vocābis me: ⁊ pōſt me ígredi nō b
ſ obediendo.
f ceſſabis. Sed quō ſi cōtēnat mu/ c
a ſ nō virū. b ſ in ꝑniciem ſuā. ſ ſaluatoꝛē.
lier āmatoꝛē ſuū: ſic cōntēpſit me d
g domus iſrael dicit dñs. †Vox in e
in vijs audita eſt: ploꝛatus ⁊ vlu
lat⁹ filioꝛū iſrael: quoniā iniquā f
ſ vitio ſuo.
fecerūt viā ſuā: obliti ſūt dñi dei

## Nico. de lyra

catio. ſecūdo circa hoc ſoluit queſtio. ibi: Et dixi. Circa pꝛimū dicit in per ſona chriſti: Conuertimini filij reuer/ tentes. i. vere penitentes reuertendo de tenebꝛis ad lucem: ꝺ vmbꝛa ad ve/ ritatem. a Quia ego vir veſter. i. ſponſus: ſic enim habet in hebꝛeo. qđ optime conuenit chriſto qui ſponſus eſt eccleſie. ſm q̄ dicit Joh. iij. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Verūta/ mē quia ad chriſti vocationem pauci de iudeis crediderūt: q̄bus ipſe in ꝑ/ ſona pꝛopꝛia p̄dicauit. ideo ſequit:
b Et aſſumam vos. vnum de ciuita te ⁊c̄. id eſt paucos reſpectu multitu/ dinis in ſua infidelitate remanentis. et iſtud fuit figuratum in ingreſſu ter re pꝛomiſſionis. quia de ſexcentis mi/ libus qui exierunt de egypto duo tan tū ingreſſi ſunt eam. ſ. caleb et ioſue.
